1770. Junii.

Mappe 262

1

Leges Bibliothecae in atrio affigendae

1. Bibliotheca mea, licet sit proprium Collegii medici ~~huius~~ urbis Francofurtanae bonum ~~fit~~, pateat utilitati communi;

2 Hoc tamen modo, ut inspectio et lectio fiat intra ~~[illegible]~~ Aedes fundationis meae in conclavi bibliothecae contiguo vel bibliothecario vel alio medico ex Collegio, illi substituto, praesentibus, idquod et de Medicis ipsis valet.

3. Sint, quibus hoc permittitur, personae, quantum datur idoneae, bonae et honestae, quibus non obstat suspicio metus furti, spolii, aut conspurcationis librorum, in quo quis illi peccat, excludantur in posterum. Nec abs re erit peculiari libro notare nomina et officia eorum, cum die qua ipsi adeunt bibliothecam factaque copia, adjuncto praesentis vel praesentium ex Collegio medico nomine, libri item titulum, quem elegerant. Eodem fine, ne quid detrimenti Bibliotheca capiat, non multi, in primis ignoti, simul in Bibliothecam admittantur.

4. Lectione aut inspectione peracta reponantur suo loco libri in momento, facta prius perquisitione figurarum aenearum et reliquarum libri partium priori praesentium, ut constet nihil integritati subtractum fuisse.

5. Fiat quotannis ad normam Catalogi seu Inventarii per Deputatos ex Collegio medico sedula observatio, ut numerus librorum permaneat salvus.

6. Editiones librorum diversae serventur, quia saepe contingit in repetita impressione vel studio vel negligentia omissa fuisse quae retinuisse intererat.

Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg
Frankfurt am Main

7. Quia in genere ad beatitates
veniendum paucis opus est,
ad multa inveniendam multis,
sequuntur, nimio, mihi,
naturam accedo veram bonam
lucem ad veritatem et
bonitatem in theologia et
natura, Deus n. ut scholae
aiunt natura naturans,
naturata vero creatura est.
Inter est lux lex et via ad verum
et bonum, inter quas vestibule
sunt, absconditi iis qui
per multos libros et opiniones
hominum vagant et incerti
sunt, a simplicitate aber-
rantes, et nil decisi, nil
proprii habentes. Sique ita
libris attendam, ut nullo
libro amplius egeant, et
ipsi liber fiant, nec sapi-
entiam hic in orbe, Deo bono
adipiscam, quae in futura vita
continuanda et majori magis-
que ~~per~~ perficienda, ab iis qui
viam invenere et omnibus
ad unum Deum, centrum
felicitatis omnis et beati-
tudinis, cui soli servire
libertas est ~~sola~~ sola atque una,
quam ut possideamus, quae ut
fruamur nati sumus. Mente
humiles sunt oportet homines
si adipisci[...] ex Auctorem Deum,
sperent et altiorem sapientiam
sequi, tenus atque solet illi, quos
teneris annis et ventris obe-
dientia incepit. Tandem enim, ut paucis rem omnem complectar,
si recte studiis sedulo operam, + ex vanitate ad soliditatem,
veniendum est + ex umbra ad rem, cortice ad nucleum, ab exotericis ad acroama-
ex multitudine ad unam verem ex cerebro ad cor, tica,
bonum ex libris ad ~~[illegible]~~ sapientiam ipsam,
ex carne ad spiritum, ex creatura
ad Deum, omnium rerum terminum
in tranquillitate pace et luce
beatissima, cujus perfecti nunc non
est finis. Ex hoc uno et solo
nascuntur vere docti, qui sempiterno
aevo porrecto infinitam retinent
in se felicitatem.

8. Libri emendi utique cum judicio seligantur, ut viros doctos doctrinis decet, qui nimirum peratu digni, cardinales in suis spectatis, solidi, vere doctorum opera, rara et utilia ad pietatem moresque emendandos facientes a vulgo opinione remoti, ultraque certum emendantes; cuius praedicatio stant vel eadem speciatis non est.

UB Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg
Frankfurt am Main

278 Eing. 22. Feb. 1908
Journ. N: 469.

-Leges-Bibliothecae in atrio affigendae.

1) Bibliotheca mea, licet sit proprium Collegii medici urbis Francofurtanae bonum, patebit utilitati communi.

2) Hoc tamen modo, ut inspectio et lectio fiat intra AEdes fundationis meae in conclavi bibliothecae contiguo vel bibliothecario vel alio medico ex Collegio, illi substituto, praesentibus, id quod et de Medicis ipsis valet.

3) Sint, quibus hoc permittitur, personae, quantum datur id nosse, bonae et honestae, quibus non obstat justus metus furti, spolii, aut conspurcationis librorum, in quo quae deliquerint, excludantur in posterum. Nec abs re erit, peculiari libro notare nomina et officia eorum, cum die qua ipsis adeundi bibliothecam facta est copia, adjuncto praesentis vel praesentium ex Collegio medico nomine, libri item titulum, quem elegerant. Eodem fine, ne quid detrimenti Bibliotheca capiat, non multi, inprimis ignoti simul in Bibliothecam admittantur.

4) Lectione aut inspectione peracta reponantur suo loco libri in momento, facta prius perquisitione figurarum aenearum et reliquarum libri partium praecipuarum, ut constet, nihil integritati subtractum fuisse.

5) Fiat quotannis ad normam Catalogi seu Inventarii per Deputatos ex Collegio medico sedula observatio, ut numerus librorum permaneat salvus.

6) Editiones librorum diversae serventur, quia saepe contingit in repetita impressione vel studio vel negligentia omissa fuisse, quae retinuisse intererat.

7) Quia in genere ad bene beateque vivendum paucis opus est, ad male vivendum multis, sequantur, moneo, mei, naturam unicum verum bonum ducem ad veritatem et bonitatem in theologia et natura. Deus enim ut scholae ajunt, natura naturans, naturata vero creatura est. Intus est lux, lex, et via ad verum et bonum, intus quaere thesaurum, absconditum iis, qui per multos libros et opiniones hominum vagantur et irretiuntur, a simplicitate aberrantes, et nil divini, nil proprii habentes. Sicque ita libris utendum, ut nullo

1770 Junio.

Leges Bibliothecae in atrio affigendae.

1. Bibliotheca mea, licet sit proprium Collegii medici urbis Francofurtanae bonum, patebit utilitati communi.

2. Hoc tamen modo, ut inspectio et lectio fiat intra AEdes fundationis meae in conclavi bibliothecae contiguo vel bibliothecario vel alio medico ex Collegio, illi substituto, praesentibus, id quod et de Medicis ipsis valet.

3. Sint, quibus hoc permittitur, personae, quantum datur id nosse, bonae et honestae, quibus non obstat justus metus furti, spolii, aut conspurcationis librorum, in quo quae deliquerint, excludantur in posterum. Nec abs re erit, peculiari libro notare nomina et officia eorum, cum die qua ipsis adeundi bibliothecam facta est copia, adjuncto praesentis vel praesentium ex Collegio medico nomine, libri item titulum, quem elegerant. Eodem fine, ne quid detrimenti Bibliotheca capiat, non multi, inprimis ignoti simul in Bibliothecam admittantur.

4. Lectione aut inspectione peracta reponantur suo loco libri in momento, facta prius perquisitione figurarum aenearum et reliquarum libri partium praecipuarum, ut constet, nihil integritati subtractum fuisse.

5. Fiat quotannis ad normam Catalogi seu Inventarii per Deputatos ex Collegio medico sedula observatio, ut numerus librorum permaneat salvus.

6. Editiones librorum diversae serventur, quia saepe contingit in repetita impressione vel studio vel negligentia omissa fuisse quae retinuisse intererat.

Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg
Frankfurt am Main

Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg
Frankfurt am Main

Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg
Frankfurt am Main

Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg
Frankfurt am Main

Juni 1770

Bibliotheksordnung, im Saal anzuheften.

1.) Meine Bibliothek soll, obwohl sie Eigentum des Medizinischen Kollegiums der Stadt Frankfurt ist, allgemeiner Benutzung offenstehen.

2.) Jedoch in der Weise, dass die Bücher innerhalb des Hauses meiner Stiftung in einem neben der Bibliothek gelegenen Raum eingesehen und gelesen werden sollen, und zwar in Gegenwart des Bibliothekars oder - als dessen Vertreter - eines anderen Arztes aus dem Kollegium. Diese Regelung gilt auch für die Ärzte selbst.

3.) Diejenigen, denen die Benutzung gestattet wird, sollen, soweit sich dies feststellen lässt, zuverlässige und ehrbare Leute sein, die nicht im begründeten Verdacht stehen, sie könnten Bücher stehlen, plündern oder verunreinigen. Wer sich in dieser Hinsicht etwas zuschulden kommen lässt, soll für die Zukunft ausgeschlossen werden. Auch wird es vorteilhaft sein, in einem besonderen Buche Namen und Beruf der Besucher zu notieren, zugleich mit dem Tage, an dem ihnen die Bibliotheksbenutzung erlaubt worden ist, sowie dem Namen des bezw. der anwesenden Ärzte aus dem Kollegium, ebenso den Titel des gewünschten Buches. Zu demselben Zweck, die Bibliothek keinen Schaden nehmen zu lassen, sollen nicht viele Besucher, zumal unbekannte, zugleich Zutritt zur Bibliothek haben.

4.) Nach der Benutzung sind die Bücher sogleich an ihren Platz zurückzustellen, nachdem zuvor Kupferstiche und sonstige wertvolle Teile des Buches überprüft worden sind, damit feststeht, dass nichts entwendet worden ist.

5.) Jährlich soll unter Zugrundelegung des Katalogs oder Inventars eine sorgfältige Revision durch Deputierte des Medizinischen Kollegiums stattfinden, damit die Zahl der Bücher unangetastet bleibt.

6.) Verschiedene Auflagen von Büchern sollen aufbewahrt werden, weil es oft bei Neudrucken passiert, dass durch Übereifer oder Nachlässigkeit Wichtiges ausgelassen worden ist.

Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg
Frankfurt am Main

Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg
Frankfurt am Main

UB Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg
Frankfurt am Main

Leges Bibliothecæ in atrio affigendæ.

1:/ Bibliotheca mea, licet sit proprium Collegii medici urbis Francofurtanæ bonum, patebit utilitati communi.

2:/ Hoc tamen modo, ut ~~instructio~~ inspectio et lectio fiat intra Ædes fundationis meæ in conclavi Bibliothecæ contiguo, vel Bibliothecario vel alio medico ex Collegio, ~~ibi~~ illi substituto, præsentibus, idquod et de Medicis ipsis valet.

3:/ Sint, quibus hoc permittitur, personæ, quantum datur id nosse, bonæ et honestæ, quibus non obstat justus metus furti, spolii, aut corruptionis [conspurcationis?] librorum, in quo quæ deliquerint, excludantur in posterum. Nec abs re erit, peculiari libro notare nomina et officia eorum, cum die, qua ipsis adeundi bibliothecam facta est copia, adjuncto præsentis vel præsentium ex collegio medico nomine, libri item titulum, quem elegerant. Eodem fine, ne quid detrimenti Bibliotheca capiat, non multi, inprimis ignoti, simul in Bibliothecam admittantur.

4:/ Lectione aut inspectione peracta reponantur suo loco libri, in momento, facta prius perquisitione figurarum aenearum et reliquarum libri partium ~~principalium~~ præcipuarum, ut constet, nihil integritati subtractum fuisse.

5:/ Fiat quotannis ad normam Catalogi seu Inventarii per Deputatos ex Collegio medico sedula observatio, ut numerus librorum permaneat salvus.

6:/ Editiones librorum diversæ serventur, quia sæpe contingit in repetita impressione vel studio vel negligentia omissa fuisse, quæ retinuisse intererat.

7:/ Quia in genere ad bene beateque vivendum paucis opus est, ad male vivendum multis, sequantur, moneo, mei, naturam unicam verum bonum ducem ad veritatem

et bonitatem in theologia et natura. Deus enim ut scholæ ajunt, natura naturans, naturata vero creatura est. Intus est lux, lex, et via ad verum et bonum; intus quære thesaurum, absconditum iis, qui per multos libros et opiniones hominum vagantur et irretiuntur, a simplicitate aberrantes, et nil divini, nil proprii habentes. Sicque ita libris utendum, ut nullo libro amplius egeant, et ipsi libri fiant, nacti sapientiam hoc in orbe, Dei dono, coelestem, quæ in futura vita continuanda et magis magisque perficienda, ab iis, qui viam invenere ex omnibus ad unum Deum, centrum felicitatis omnis et beatitudinis, cui soli servire libertas est sola atque una, quam ut possideamus, qua ut fruamur, nati sumus. Mente divites sint oportet homines, si originem suam et Autorem Deum spectent, et altiorem sapientiam sequi, secus atque solent illi, quos terrenorum cura et ventris obedientia vinxit. Tandem enim, ut paucis rem omnem complectar, si recte studiis dedimus operam, veniendum est, ex vanitate ad soliditatem, ex umbra ad rem, ex cortice ad nucleum, ab exotericis ad [acroamatica], ex cerebro ad cor, ex multitudine ad unum verum bonum, ex libris ad sapientiam ipsam, ex carne ad spiritum, ex Creatura ad Deum, omnium rerum terminum, in tranquillitate pace et luce beatissima, cujus perfectionum non est finis. Ex hoc uno et solo nascuntur verè docti, qui sempiterno ævo perpetuo infinitam retinent in se soliditatem.

Libri

acroamatica

8./ Libri emendi itaque cum judicio seligantur, ut vere doctos, doctores decet, qui nimirum servatu digni, cardinales in suis scientiis, solidi, vere doctorum opera, rara et utilia, ad scientias moresque emendandos facientes, a vulgi opinione semoti, ultraque coetum eminentes, cujus judicio stare vel cadere sapientis non est.

Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg
Frankfurt am Main

Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg
Frankfurt am Main

-Leges-Bibliothecae in atrio affigendae.

1) Bibliotheca mea, licet sit proprium Collegii medici urbis Francofurtanae bonum, patebit utilitati communi.

2) Hoc tamen modo, ut inspectio et lectio fiat intra AEdes fundationis meae in conclavi bibliothecae contiguo vel bibliothecario vel alio medico ex collegio, illi substituto, praesentibus, idquod et de Medicis ipsis valet.

3) Sint, quibus hoc permittitur, personae, quantum datur id nosse, bonae et honestae, quibus non obstat justus metus furti, spolii, aut conspurcationis librorum, in quo quae delinquerint, excludantur in posterum. Nec abs re erit, peculiari libro notare nomina et officia eorum, cum die qua ipsis adeundi bibliothecam facta est copia, adjuncto praesentis vel praesentium ex collegio medico nomine, libri item titulum, quem elegerant. Eodem fine, ne quid detrimenti Bibliotheca capiat, non multi, inprimis ignoti simul in Bibliothecam admittantur.

4) Lectione aut inspectione peracta reponantur suo loco libri in momento, facta prius perquisitione figurarum aenearum et reliquarum libri partium praecipuarum, ut constet, nihil integritati subtractum fuisse.

5) Fiat quotannis ad normam Catalogi seu Inventarii per Deputatos ex Collegio medico sedula observatio, ut numerus librorum permaneat salvus.

6) Editiones librorum diversae serventur, quia saepe contingit in repetita impressione vel studio vel negligentia omissa fuisse, quae retinuisse intererat.

7) Quia in genere ad bene beateque vivendum paucis opus est, ad malo vivendum multis, sequantur, moneo, mei, naturam unicum verum bonum ducem ad veritatem et bonitatem in theologia et natura. Deus enim ut scholae ajunt, natura naturans, naturata vero creatura est. Intus est lux, lex, et via ad verum et bonum, intus quaere thesaurum, absconditum iis, qui per multos libros et opiniones hominum vagantur et irretiuntur, a simplicitate aberrantes, et nil divini, nil proprii habentes. Sicque ita libris utendum, ut nullo

Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg
Frankfurt am Main

libro amplius egeant, et ipsi liberi fiant, nacti sapientiam hoc in orbe, Dei dono coelestem, quae in futura vita continuanda et magis magisque perficienda, ab iis, qui viam invenere ex omnibus ad unum Deum, centrum felicitatis omnis et beatitudinis, cui soli servire libertas est sola atque una, quam ut possideamus, qua ut fruamur, nati summus. Mente divites sint oportet homines, si originem suam et Autorem Deum spectent et altiorem sapientiam sequant, secus atque solent illi, quos terrenorum cura et ventris obedientia vinxit. Tandem enim, ut paucis rem omnem complectar, si recte studiis dedimus operam, veniendum est ex vanitate ad soliditatem, ex umbra ad rem, ex cortice ad nucleum, ab exotericis ad acroamatica ex cerebro ad cor, ex multitudine ad unum verum bonum, ex libris ad sapientiam ipsam, ex carne ad spiritum, ex creatura ad Deum, omnium rerum terminum, in tranquillitate pace et luce beatissima, cujus perfectionum non est finis. Ex hoc uno et solo nascuntur vere docti, qui sempiterno aevo perpetuo infinitam retinent in se soliditatem.

8) Libri emendi itaque cum judicio seligantur, ut vere doctos doctores decet, qui nimirum servatu digni, cardinales in suis scientiis, solidi, vere doctorum opera, rara et utilia, ad scientias moresque emendandos facientes, a vulgi opinione semoti, ultraque coetum eminentes, cujus judicio stare vel cadere sapientis non est.

Universitätsbibliothek Johann Christian Senckenberg
Frankfurt am Main

libro amplius egeant, et ipsi liberi fiant, nacti sapientiam hoc in orbe, Dei dono coelestem, quae in futura vita continuanda et magis magisque perficienda, ab iis, qui viam invenere ex omnibus ad unum Deum, centrum felicitatis omnis et beatudinis, cui servire libertas est sola atque una, quam ut possideamus, qua ut fruamur, nati summus. Mente divites sint oportet homines, si originem suam et Autorem Deum spectent et altiorem sapientiam sequant, secus atque solent illi, quos terrenorum cura et ventris obedientia vinxit. Tandem enim, ut paucis rem omnem complectar, si recte studiis dedimus operam, veniendum est ex vanitate ad soliditatem, ex umbra ad rem, ex cortice ad nucleum, ab exotericis ad acroamatica, ex cerebro ad cor, ex multitudine ad unum verum bonum, ex libris ad sapientiam ipsam, ex carne ad spiritum, ex creatura ad Deum, omnium rerum terminum, in tranquillitate pace et luce beatissima, cujus perfectionum non est finis. Ex hoc uno et solo nascuntur vere docti, qui sempiterno aevo perpetuo infinitam retinent in se soliditatem.

8) Libri emendi itaque cum judicio seligantur, ut vere doctos doctores decet, qui nimirum servatu digni, cardinales in suis scientiis, solidi, vere doctorum opera, rara et utilia, ad scientias moresque emendandos facientes, a vulgi opinione semoti, ultraque coetum eminentes, cujus judicio stare vel cadere sapientis non est.

Ædes